



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

L. Markgraf Ludwig schenkt zum Seelenheil seiner verstorbenen Gemahlin Margareth dem Kloster Spandow eine jährliche Hebung aus den Abgaben der Stadt, am 31. Mai 1340.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

quidem solidos Fridericus de Belitz pure ac simpliciter propter deum assignauit eisdem et deputauit, singulis annijs tollendos perpetuisque temporibus sine inquietatione qualibet possidendos. In cuius rei Testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Testes vero huius sunt Dominus Johannes de Buch Capitaneus noster dilectus, Johannes Hufener camere nostre magister, Beringerus Hele marscalcus, Wilhelmus Bonbrecht pincerna, Henricus de Rischowe curie nostre magister cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin anno domini M^o CCC^o Tricesimo nono, In crastino diuisionis apostolorum.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

L. Markgraf Ludwig schenkt zum Seelenheil seiner verstorbenen Gemahlin Margareth dem Kloster Spandow eine jährliche Hebung aus den Abgaben der Stadt, am 31. Mai 1340.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Reni, dux Bauarie Sacrique Romanorum Imperii Archicamerarius, ob perhennem memoriam generose Margarete, conthoralis nostre dilecte, bone recordacionis, que proch dolor diuina vocatione vocata, vniuerse carnis debitum exfoluit, dedimus, donauimus et appropriauimus honorabilibus et deodicatis personis abbatisse, priorisse et Conuentui Monasterii sanctimonialium ante muros ciuitatis Spandow siti, ordinis sancti Benedicti, duarum marcarum redditus, annuo tempore in contributione siue pensione ciuitatis predictae perpetuis temporibus debite solutionis tempore percipiendas pariter et tollendas, Volentes tamen, vt ipsam quantitatem in anniuersario domine conthoralis nostre prenotate equaliter inter se mutuo, secundum vniuscuiusque persone, que professä fuerit, statum et exigentiam, diuidant et distribuunt equo modo. Renunciamus eciam pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri, actioni et impetitioni, que nobis in premissis duabus marcis hactenus competebat uel competere posset aliquo modo in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes vero huius sunt: Nobilis vir dominus Guntherus Comes de Swarzburg, Johannes de Buch, Henricus Richfach curie nostre magister, Johannes Hufener camere nostre magister, Beringerus Hele noster marschalcus, Albertus wolfuesteiner, wilhelmus Bombrecht pincerna, nostri milites cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandowe, anno domini Millesimo tricentesimo quadragesimo, feria quarta post ascensionem domini.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.